

# M V S I C E S

PRACTICAE EROTICAE  
matum Libri II,

AUTORE M. GREGORIO FABRO  
Luczenji, in Academia Tübinger, Mus-  
ices Professore ordinario.



---

B A S I L E A B.

# Illustriſſimo Prin-

PI A C D O M I N O, D O M I  
no C H R I S T O P H O R O Duci  
Vuirtenbergensi, & Deccensi, Co-  
miti Montis belgardorū, Domino  
suo clementiſſimo, Gregorius

Faber S. P. D.



A PI E N T E R Plutar-  
chus ac p̄eclarē scri-  
ptum reliquit, Prin-  
ceps Illustriſſime, ex-  
re iuuētutis apprime-  
fore, si circa Philosophiā longo tem-  
pore educata, disciplinæ illius rudi-  
menta imbibere consuesceret. Qua-  
nimirum sententia uir ille sapientissi-  
mus significare uoluit, hanc ætatem;

a 2



## E P I S T O L A

cum sit ad res percipiendas maxime  
idonea, & eorum quæ à prima illa &  
puerili institutione imbibit, per totā  
uitam tenacissima esse soleat, ex præ-  
ceptis Philosophiæ, ad omne uitę ge-  
nus posse præparari. Quo in gene-  
re, et si ea Philosophiæ pars, que Græ-  
cis <sup>in</sup> h <sup>ab</sup>itū dicitur, suam habet dignita-  
tem ac præstantiam, Musica tamen  
propter excellētu[m] suam ac diuinam  
quandam in formandis hominum  
moribus regendisq[ue] affectibus præ-  
omnibus alij semper habita est in  
pretio. Etenim cum omnis Mathe-  
eos disciplina, non solum propter si-  
nem aliquem in uita utilem, uerum  
etiam quod per se honorabilis atque  
expetenda sit, disci debeat, quid est  
quod

P I S T O L A.

quod in hoc genere præclarus, iucundius aut magis necessarium existere mortalibus, quodq; ingenuos homines magis decorare, oblectare, consumq; mores formare possit quam Musica. Siue enim dignitatem illius siue utilitatē spectes, nullam profectō nullā reperies scientiā, cui cūcta Græcia, omnium maximarum artium parentis, propter diuinam & occultam eiusuim, tantum tribuisset & studij & uenerationis, quantum pulcherrimæ huic scientiæ tributū uidemus. Præclare' igitur Cicero, summam, inquit, eruditionem Græci sitam censebant in neruorū uocumq; cantibus. Igitur & Epaminondas, Princeps Græciæ, fidibus præclare' cecinisse dī

E P I S T O L A.

citur. Themistoclesque aliquot ante am-  
nos, cum in epulis recusaret lyram,  
est habitus indoctior. Ergo in Græ-  
cia Musici floruerunt, discabantque id  
omnes, nec qui nesciebat, satis excus-  
tus doctrina putabatur. Hæc ille.  
Quod autem recte illi cœsuerint sum-  
mam eruditionem in neruorum uo-  
cumque cantibus sitam esse, uel ex hac  
Philosophi illius sententia abunde  
constat: per harmonias, gratia con-  
templationis & diuinarum scientia-  
rum, studia non mediocriter iuuari.  
Atque id quoque Vergilius elegan-  
tissimo hoc carmine non obscurè si-  
gnificasse uidetur, ita canens:

Cythara erit in Iopas

Personæ aurata, docuit que maximus Atlas

## E P I S T O L A.

Micēant errantem Lunam Solisq; labores,  
Vnde genus hominum & pecudes, unde iuber signa  
Arcturum Pleiadesq; Hyadas, geminosq; Triones  
Quid tantum Oceano properent se tingere sole  
Hyperborei, uel que tardis mora noctitius obflet.

Quum ergo sententia hæc tam la-  
te pateat, tantaq; sit eius uis & magni-  
tudo, non abs re Plato & Pythagori-  
ci, ut Strabo testis est, Philosophiam  
Musicam uocauere. Verum de utilia-  
tate huius scientiæ plura hoc loco di-  
cere epistolæ angustia non patitur,  
sed prolixam potius orationem fla-  
gitant. Huius itaque siue artis siue  
scientiæ hodie usitatæ (ueterem enim  
Musicā uix quasi per nebulas, quod  
dolendum est, agnoscimus) cum  
præcepta quædam adolescentibus

E P I S T O L A.


publicè compendio quodam ac me  
thodo tradidissem, eaç à multis de-  
scribí probariç uiderem, operæ me  
precium facturum putauí, si in com-  
munem omnium studiosorum uti-  
litatem illa emitterem . Nam ideo  
conditi sumus, ut ipsi inter nos alij  
alij, communibus utilitatibus in me-  
dium afferendis, prodesse possimus.  
Tuo autem potissimum nomini, Il-  
lustrissime Princeps, has meas Lu-  
cubrationes, succisiuis horis, quibus  
nimirum animum meum grauiori-  
bus studijs defatigatum recreare cu-  
piebam, exaratas, dedicare uolui, ut  
gram meum ac memorem pro tuis  
erga memeritis, animum tuæ Celsi-  
tati quomodo cunctis probarem, Ve-  
sus


## E P I S T O L A.

tus enim est prouerbium, Omnecri-  
men dici si ingratus dicatur. Quod  
sanè adeò uerum est, ut omnibus sœ-  
culis creditū sit, huic detestabili ingra-  
titudinis uitio nihil non mali inesse.  
Quapropter & Persæ, ut est in Cyri-  
pædia apud Xenophontē, in ingra-  
tos exquisito pœnæ genere animad-  
uerterunt, quippe qui arbitrabantur  
eos, qui sunt ingratí, & Deos maiorē  
in modum negligere, & parentes &  
patrīam & amicos. Hæc cum ita sint,  
meritò quoq; ego ingratitudinis ac-  
cusandus essem, si non quoquo mo-  
do, pro tantis tuis, quæ in me con-  
stant, beneficijs gratus essem. Rogo  
itaq; ut Musicum hunc libellum tuo  
nomini inscriptum placido hilariq;


E P I S T O L A.

at soles, uultu accipias. Tametsi uero  
nullo eruditionis nomine tuæ Cele-  
sitati commendatus sum, nulloque di-  
gno munere beneficia in me tua re-  
pendere possum, tamen summa tua  
clementia, & in omnes ueræ pietatis  
atque eruditionis amantes maxima  
uoluntas, sperare me cogit, techarta-  
ceum hoc munus, tanquam meæ er-  
ga tuam Celsitudinem, gratitudinis tes-  
titem, non spreturum, sed potius ad  
maiora audenda, cum laude tua con-  
iuncta, animum mihi additurum.  
**Vale Princeps optime in C H R I-**  
**S T O Saluatore nostro. Tu-**  
**bingæ Calend. Iulij, An-**  
**no M. D. L I I.**














# EROTEMATVM

Musices practicæ Liber prior.

De philosophiz definitione ac  
diuisione, Cap. I.

Vnde exordium libri huīus tibi ca-  
piendum esse statuisti?



Vm benē canendi artem trade-  
re instituisse, nulla à re prius  
mihi incipiēdum putauī, quā  
ut philosophiz in suas partes,  
harumq; in sua membra distri-  
butionē, de sententia optimo-  
rum philosophorum breuiter perstringerē. Idq;  
eam maximē ob causam, ut ex hac partitione, qua  
singula philosophiz membra quasi sub aspectum  
subiiciuntur, adolescentes facilē possēt ac expedi-  
tē perspicere, quo in genere hoc philosophiz mē-  
brū, cui musicæ nomē est, cōtineretur. Nā quēad  
modū reliquę artes ac sciētiz omnes uia ac ratio-  
ne docentur, ita quoq; sua Musica est methodus,  
qua à minimis primordijs & elementis exorsa cer-  
tis progressionibus ad suum finem tendit.

A

Quo.

Quoniam igitur philosophia est facta mentis, quid ea sit, definitio ne explica.

**P**Hilosophia (ut Cicero eam de veterum philosophorum sententia definit) est rerum diuinarum & humanarum causarumque; quibus haec res continentur, scientia.

At mihi in definitione hac, particula diuinarum redūdere uidetur. Nam de rebus diuinis, quae sacris literis continentur, nihil quicquam certi nos docet philosophia.

**R**ecte id quidem ac bene tibi uideretur, si de literis sacris hoc pronunciasset philosophi. Siquidem omnia ea, quae in prophetarum & apostolorum scriptis continetur, *πίστις* & non sunt sed *πίστα*, que piem ac sanctem credi, non sciendi oportet. Quando uero de ijs nihil sciuisse Aristotelē constat, idcirco alias res subesse ac intelligi necesse est, quas ille sub Theologia seu prima philosophiae uocabulo complexus est, quemadmodum in tercia epistomonicī generis parte explicabitur.

Quot

L I B E R . I.

Quot in partes distribuitur omnis philosophandi scientia?

**I**N tres. Nā pro triplici uniuersitatis rerum, quærum quidem sciētia esse potest, differentia philosophiæ quoq; in tria prima diuiditur genera, quibus illæ cōtinentur. Vnum λογικόν græci vocat alterum τεχνικόν seu, Θρησκικόν, tertium πρακτικόν.

Quid est logica Philosophia?

**E**st quæ in earum rerum cognitione consistit, quæ sint in mente & intelligentia, extra uero locum non habent.

Quot habet partes?

Tres.

Cedo quas?

**A**vt enim in Etymo uocabulorū inquirendo & cōponendo oratione occupata est, & Grammatica dicitur: aut in iudicio orationis, quod uerū falsumq; respicit, & Dialecticæ nomine habet: aut circa orationis ornamēta, & Rhetorica appellatur. Primum ergo hoc genus circa secundas tantum rerum notitias uerans, eas tanquam τεχνικά in constituenda oratione adhibet,

A s Quid

MUSIC. PRACT.

Quid est epistimonica seu Theoretica philosophia?

Est quae absolutas & primas rerum tum caducarum, tum aeternarum noticias contemperatur.

Quotuplex ea est:

Triplex. Vnum enim genus ad compositarum & mobilium rerum tractationem pertinet & φυσικὴ dicitur. Alterum est quod in simplicium & incorporearum rerum cognitione non quidem absolute, sed εἰφαρεῖσθαι uersatur Μαθηματικὴ Graci uocant.

Habet ne hoc genus suas quoque partes:

Habet. Nam quadripartita esse dicitur ei⁹ diuisio. Primum enim diuiditur in Arithmeticā, deinde in Geometriā, tum in Musicā, postremo in Astronomiā. Atq; harū rursus alia est diuisio.

Quæ est illæ?

Diuiduntur enim ex Platoni sententia in simplices & compositas.

Quæ sunt simplices?

Arithmetica & Geometria.

Quare sic dicuntur:

Quia res suas simpliciter ab omni materia abstractas considerant. Ut Geometra sine materie

# L I B E R I.

materie aliqua cognoscit magnitudines ac ~~diuersas~~  
ores, nulla adhibita actione, sed mentis agitatione  
tantum. Similiter quoq; Arithmeticus naturā nu-  
merorum eorumq; proportiones sine ulla re ma-  
teria contemplatur. Atq; hanc etiam ob causam  
hę duas sc̄ientias firmas, stabiles, minimeq; fallaces  
habent demonstrationes.

Sed quę sunt comp̄ositę?

Musica & Astronomia.

Cur compositas dicas?

**Q**VIA ex prioribus duabus & rebus naturali-  
bus cōponitur, & absq; illarū conditioni-  
bus, quid ipsę sint, intelligi nequeunt. Sic Musica  
numeros quidē cōsiderat, sed tamē nō simpliciter  
ut Arithmeticā, uerum ad sonū accommodatos,  
Hinc Plato Musicā numeris uocē addere scribit.  
Astronomia circa numeros quidem etiam & mag-  
nitudines uersatur, sed tamē quę certis corpori-  
bus adiunguntur. Porro has scientias Plato, impu-  
ras uocat propterea fortassis, quod circa ea uerzen-  
tur quę ενθεούτικε sunt, quorū non est perpetua  
& constans ueritas, sed subinde aliter atq; aliter  
se habere possit. Et enim Musica, dum numerorū  
rationes certę sci, utpote sono adhibet, coniectu-

M V S I C .      P R A C T .

tarum referentissima est. Hinc etiam eiusmodi scientiae optimabiles à Cicerone dictæ sunt.

Quæ est tertia epistemonica philosophia pars?

**E**s que ἐπιλόγονα hoc est res simplicissimas & à natura ac conditionibus materiarum prorsus separatas contemplatur. Atq; hæc prima philosophia nomen sortita est.

Quid est practica philosophia?

**E**s quæ non solum in cognitione rerum agentiarum, earumq; causis exquirendis, ueram etiam in actione consistit, & molitur aliquid operis, atq; ipso perficitur.

Quo habet partes?

**T**Res. Prima appellatur Ethica, quæ singulos homines ad honestatem instruit. Deinde est Politica, quæ quomodo aliquis multis possit praesse döcet. Tertia est quæ singulas domos instituit. Atq; haec tenus totius ferè philosophia membrum recensulamus.

Quid nonne Medicina quoq; & iurisprudentia membra sunt philosophiae?

**S**unt quidem: sed ex coarctatis membris origine ducunt, ab eisq; dependent. Nā iurisprudentia & iuris & rationes ex practica philosophia: Medicina.

# L I B E R I.

¶ n̄ uero ex physiologia sumūtur. Si quē preterea sunt artes, ut Optice Architectonice &c. illæ sunt quasi παραγόντες Geometriæ et Arithmeticæ. Ex hac igitur philosophiæ partitione liquido apparet Musica in iis collocari disciplinis quē iure quodam suo ἐξπίσει seu evidentiam & accurationem sibi uendicant.

## D E M V S I C A Q V I D S I T? & quæ eius in partes suas diuissio.

### Cap. II.

#### Quid est Musica?

CVm huius uocabuli non sit una significatio sed uaria, docendi ratio postulare uidetur, ut primum eius homonymian, quæ in disciplinis locū nō habet, distinguā, & deinde in sua mēbra digerā. Nam cum uarijs in rebus musica ratio uocari dicatur, ex eius partitione, quam sequens tabula continet, mellus perspicietur quam partem his libris suscepimus explicandam. Musica igitur uocabulū trifariam ab authoribus usurpatum, primo pro tota artiū encyclopediā. Nam ut testis est Strabo, Philosophia à Platone et ante illū Pythagoreis Musica appellata est. Interdum uero id significat quod τέχνη aut εργασία in rebus, ut

M V S I C .      P R A C T .

aliud sit nihil quādū cōelestis corporū, et uniuersis  
naturē clusq; inter se partis harmonia ac cōcors  
amicitia, quēadmodū ex sequēti tabula in natura-  
lis Musicae diuisione perspicuū erit. Nolo autē pu-  
tes me in naturalis Musicae descriptione, clusq; di-  
uiisione quicquā de sono intelligere. Siquidē cui  
dentissimis argumentis ab Aristotele principe  
philosophorum demonstratum est, nullū proſua  
In caelo sonum sphērarum motu reddi. Ideoq;  
Plato & alij quidam philosophi Musicae uocabulo  
interdum abutuntur, de qua catachresi lectorem  
duxi admonēdū. Tertia significatio propriè ad in-  
ſtitutum nostrum pertinet, qua Musica dicitur  
esse scientia grauiū acutorumq; sonorū differē-  
tias sensu ac ratione perpendens.

**Quam ex hac diuisione partem his libris  
explicandam sum p̄sistis**

**I**llam qua Præcticas nomen obtinens, uoce hu-  
mana sonos efficit, artificioſeq; Musica pars est.

**Quid igitur est Musica Præctica?**

**E**sit bene ac modulatē canendi scientia?

**In quibus rebus cōsistit bene canēdi ratio?**

**O**mnis bene canēdi ratio seu facultas his fere  
quinq; rebus cōtinetur. Primū enim totum  
systema

# L I B E R      I.

systema, seu ut uulgo uocant, scala cum omnibus suis proprietatibus rite & exacte cognosci debet, qua de re posterius dicetur. Deinde ut harmoniae genera penitus perspecta sint, necesse est. In his enim totum canendi momentum, caput, & cardo uersatur. Tum ut interualla suis ac proprijs uocibus, certisq; mutationibus exprimatur. Quarto ut unicum genus tacitus & certa mensura in singulis cantionum generibus pro signorum figuram q; varietate attedatur & obseruetur. Postremo ut omnes cantilenae partes quæ ad canendum propontuntur, aptis, canoris, & appositis uocibus exprimantur.

Vnde dicta est Musica?

**M**usica nomen, ut Musarum ἀπὸ τὰ Μῆδοι duci, author est Plato in Cratylo. Orpheus uero in hymnis Musas quasi Μελσόρες dictas esse putat. Eusebius ἀπὸ τὰ Μυτίη Μεσαρύderiuari censet. Atq; tres hæ etymologiaz omniū quæ ab alijs afferuntur potissima sunt.

In quo differt Musica à reliquis scientijs?

**E**T si ingenuæ artes omnes inter se nexæ & co-  
muni quasi uinculo iugatae sunt, differunt  
tamen singulae inter se duobus potissimum modis,

A 5 uideli.

MUSIC. PRACT.

uidelicet sine et subiecta materia. Etenim suus cuiusque arti finis est maximè proprius, quo ab alijs omnibus distinguitur. Habet preterea quævis ars aliquā certi generis subiectā materialē (νόοκάμαρη Graci uocant) quam tractet & in qua ueretur. Ut Geometria habet figuræ, ~~aliquæ~~ <sup>figuræ</sup>, ac magnitudines, in quibus tanquam propria materia consistit. Arithmetica numeros, Astronomia cœlestes astrorum respicit. In Grammaticis est latina & perspicua oratio, In Rhetorics ornata & splendida. In Dialectica probabilis. In Physicis sunt substantiae naturales mobiles. Parte quoque ratione aliquid in Musica statuitur, quo ab alijs differre dicatur.

Quid igitur propositum habet Musica,  
in quo tanquam subiecta re aliqua  
uersari dicitur?

**S**Vblectam materiam huius scientiæ Plato in Gorgia discrete exprimit, quo in loco Musicam πρετήσιην τελέων ποίησιην uersari scribit. Quid uero per μέλος intelligendum sit, ipse met in tertio de rep. explicat, ubi inter cetera sic scriptū reliquit μέλος ἐπειδὴ θεού οὐ γνώμενον, λέγεται καὶ ἀρμόνια καὶ φύσις. Quam quidē sententiam Cicero lib. i. de Oratore his uerbis ferè expressiſſe uidetur

etiam

# L I B E R . I.

quā inquit: In Musicis sunt numeri, uoces, ac modi. Nos ergo statuemus Musicę subiectū esse μέλος, quod ex tribus his, ut comprehensum est, cōstat, uidelicet Rythmo, harmonia, & oratione. Quae tria si coniungātur, suauem & gratam auribus uoculationem, concordemq; et consentientem dissimilium uocum cōgressū, qualis fit ex diapason cōsonātia, & diapente & tono simul iunctis, cōficiūt.

**Quotuplex** est Musica Practicæ.  
**Duplex.** Alia enim plana dicitur, alia figurata.

**Quid est Plana Musica?**

**E**st notularum sub una & æquali mensura simplex & uniformis pronunciatio, sine incremento & decreto prolationis. Huius exempla sunt omnes cantiones que ad formam cōtrapuncti simplicis componuntur.

**Quid est figurata Musica?**

**E**st que in suis notis, pro colorum ac figurarum signorumq; uarietate, ex Modi Temporis ac Prolationis mensura & proprietatibus existente, diuersam & in aqualem seruat quantitatem. Notula xū enim diuersitas omnis à uarijs signis & figuris, unde figuratus cantus dictus est, proficiuntur.

**Quomodo.**

M V S I C . P R A C T .  
Quomodo differunt plana &  
figurata Musicae

Methodo quidem, qua docentur, nihil differunt, si  
quidem eadem ferent habeant axiomata, initia, pro-  
gressiones, ac eiusdem, quo omnia artis precepta refe-  
runtur, finē. Sed tamen cum figurata posterius inue-  
ta sit (unde etiam noua à quibusdam dicitur) &  
multæ sint eius nouæ quedam præceptiones cōsti-  
tutæ, quæ peculiariter sibi arrogat, ideo factū est,  
ut hæc aliquo modo differre ab illa dicatur, tam-  
etsi reuera ad unam tractationem uniusq; artis per-  
fectionem pertineant. Nam omnia quæ in plana  
Musica tradūtur, fundamēta sunt & pars figuratae.

D E T R I B U S M O -  
dulandi generibus,  
Cap. III.

Quid sunt modulandi genera?

Sunt quæadmodū phthōgorū quatuor seu te-  
trachordi distributiones seu affectiones.

Quot sunt?

Tria. Nā quæadmodū tetrachordū tribus mo-  
dis distribuitur, ita quoq; tria sunt modulandi  
genera. Vnum genus dicitur Diatonicum, alterū  
Chromaticum, tertium Enharmonicum.

Quid

## L I B E R   I

### Quid est Diatonicum?

**E**st cuius omnia tetrachorda per semitonium minus, tonum ac tonum incedunt. Sic dictum quod tonis abundet. Illi enim cantu uehem etio-rem & magis naturalem, auribusque sua dulcedine gratiorem reddunt.

### Quid est Chromaticum?

**E**st quod in omnibus tetrachordis per semitonium minus, semitonium maius, actris semitonias h. e. semiditonium progrediuntur. In hoc mira est tonorum sectio, seu potius fractio, ideoque ab illa naturali intentione, qua est in Diatonico genere ad molliorem & lasciuorem cantum declinat.

### Enharmonicum quid est?

**E**st cuius omnia tetrachorda diesi ae diesi & ditono constant. Est autem diesis minoris semitonij dimidium, idem significans quod diaclisma. Hoc medium est inter Diatonicum & Chromati- cum. Ceterum posteriora duo temporum inuria, & inscitia cantorum ab usu recesserunt. Diatonicum ab ecclesia nobis integrum est seruatum, quippe quod maiestate religionis propter gravitatem suam, qualis in ecclesiasticis canticis appareat, conueniat. Sed nunc typum subiungimus, quo modulandū generum

# MUSIC. PRACT.

generis diuisio, in primo tetrachordo, quod post  
προσλαμβανεται incipit, & est ταῦ οὐαῖς  
aliquo modo demonstrari potest:

Dionisi:		Hypaton.	
Genus Chroma:		Tetrachordum	
Brahm:		C	D
Semitonii minus	Tonus		Tonus
Semitonii Semitonii minus	Tonus	Trisemitonias id est, Semiditonius	
dis erit	dis erit	Dionisi	

Descale.

L I B E R . L  
DE SCALA  
Cap. III.

Quare initio scalam docere instituis?

**O**RDO cōpositiua methodi id postulat. Nam cū in Mathesēs disciplinis priora sint nobis notiora cōpositis, ideo componendo aptissimē docētur. Est enim in singulis illis scientijs aliquid minimum, à quo tanquam primordio ad magis composita progrediuntur. Et quemadmodum in Geometria est aliquid minimum, quod punctum dictur: Ita in Musicis, schisma Chromatica partitione minimum est, in Diatonico tūcō genere διάνοια seu ut Plato uocat λύμα. Ab hoc sit progressus ad apotomen, inde ad phthongos & diastimatā. Sunt autem phthongi prima cantus fundamenta, sine quibus nemini ad hanc scientiam aditus patet. Hac cum in scala continuantur, idcirco rectissime primo loco traditur. Atque etiam hac de causa eam Guido Aretinus, insignis suz etatis Musicus ifagogen inserpsit, quippe quæ nos quasi manu ducens, omnia artis fundamenta, interuallorum rationes, cantus naturam, permutationemque uocum & quicquid

## MUSIC. PRACT.

quid tandem ad canendi artificium. (Solmisa-  
tionem barbari uocant) pertinet, absolutissime  
doceat. Sed monendi mihi hoc loco sunt a-  
dolescentes, non omnia Latine efferi in hac ar-  
te posse, tum quia Musici, ut Cicero ait, more  
quodam loquuntur suo, tum uero quod in ea  
pleraq; sint noua (ueterum enim Musicam uix al-  
gnoscimus) quæ propter sui ignorationem nul-  
lum habuerint antè nomen. necessitate ergo co-  
gentem noua facta sunt uerba, illisq; à primis auto-  
ribus imposta. Quæ cum iam longo usu rece-  
pta sint & approbata, non facilè mutanda esse, nee  
temere ab illis discedendum existimauit.

### Vnde dicta est Scala;

**V**ox est translatæ à similitudine & figura il-  
lius scalarum, qua in ædificijs uti solemus. Cla-  
ues enim una cum lineis quibus legitimo ordi-  
nare distributæ continentur, talem repræsentant figu-  
ræ. Vel quæadmodum in illa gradatim sit ascen-  
sus & descensus, ita in hac quoque uocis inten-  
tione ac remissione ex clave in clavem per omnes  
sonos

# L I B E R    L

sonos tñquá per gradus ascendiuntur & descenduntur. id quod in infra scripto typo perspicuū erit.

## Typus scalæ vulgaris.

ee	la	—
dd	la	sol
cc	sol	fa
bb	fa	si
aa	la	mi
g	re	ut
f	fa	ut
e	la	mi
d	la	sol
c	sol	fa
b	fa	si
a	la	mi
G	re	ut
F	fa	ut
E	la	mi
D	sol	re
C	fa	ut
B	mi	—
A	re	—
F	ut	—

B

Typus

# MUSIC. PRACT.

## Typus scalæ diatonica dimensione dilpositus.

Excel-  
 lentes  
 Geminatas  
 Peracu-  
 tas  
 Acutas  
 Minores  
 Confi-  
 nales  
 Finales  
 Maturas  
 Graues

cc  
 dd  
 cc  
 bb  
 aa  
 g  
 f  
 e  
 d  
 c  
 b  
 a  
 G  
 F  
 E  
 D  
 C  
 B  
 A  
 G

			la		Tonus
			la	sol	Tonus
			sol	fa	Diesis
			fa	mi	Apotome
			mi	re	Diesis
			re	ut	Tonus
			ut		Tonus
			fa	ut	Diesis
			la	mi	Tonus
			so	re	Tonus
			fa	ut	Tonus
			mi		Diesis
			f.		Apotome
			re		Diesis
			mi		Tonus
			re		Tonus
			ui		Diesis
			fa		Tonus
			ui		Tonus
			la	mi	Tonus
			sol	re	Tonus
			re	ut	Diesis
			mi		Tonus
			re		Tonus
			ut		Tonus

Tetra chordū Hyperboleō.  
 Tetra chordū Diezeugm.  
 Syntēsis Tetra chordū Meson.  
 Tetra chordū Hypaton.

**Quis est usus huius scalæ?**

**S**est, ut pro uarijs linearū ac spaciōrum distan-  
tijs, uaria uocum intervalla animaduertere, ac  
clauis diuersitatem & permutationem uocum  
carumq; inter se discrimen ac naturam deprehendi-  
dere possimus.

**Potest' ne descendæ scalæ me.**

thodus aliqua tradic-

**P**otest. Rectè autem & in loco hac de re quæris?

Nam cū omne canendi artificiū in scalæ co-  
gnitione cōsistat, primo loco ea disci & ad amus-  
sim cum omnibus suis proprietatibus cognoscere  
debet. Ad hanc tiero rem methodus & certa uia  
nobis inservit opus est, ne in eos errores incida-  
mus, quibus pleriq; tanquam labyrinthis deterti  
& iauoluti, dum metam contingere nequeunt, de  
artis difficultate conqueruntur. Primum igitur  
meminerint adolescentes, sedulj opere esse dan-  
dam, ut has uiginti claves co ordine quo in priori  
scalæ typo dispositæ sunt, memorie tradant, ita ut  
gradatim ascendendo & descendendo eas exactissi-  
mè possint enumerare. Sic enim fieri ut quas &  
quot uoces qualibet clavis tenet, facile illis oc-  
currat. Secundo loco clavium discriminem diligen-

B a ter

ter est attendendum; cum enim septem sint claves, totidē literis, A.B.C.D.E.F.G. appellatae & distin-  
ctae, cæq; ter in scala reperiantur, triplex quoq; illa  
rum discriminē existere necesse est. Hæ ergo tres  
claves, A.a.aa. primum loco differunt. Nam A. in-  
simum locum in spacio, a. medium in linea, aa. su-  
pernum in spacio occupat. Deinde eadē hæ literæ  
figura differunt, A. enim maiori figura, a. minori.  
aa. geminata pingitur. Tertio loco appellatione,  
qua à phthōgorum proprietate sumitur, à se inui-  
cem discriminantur. Nā, A, grauis dicitur clavis:  
a, acuta:aa, peracuta. Similiter quoq; de reliquis.  
ut, B,b, bb. & C,c, cc. D,d, dd &c. statuendum est.  
Tertium est, ut clavulū interiualla probè obserue-  
tur, id quod tum demū fiet, quando adolescentes  
perspectū cognitumq; habuerint, qua claves qui-  
bus in linea aut spacijs collocētur, ut interrogati  
de earum distantia promptè respondere possint.  
A.ab F, sexta:ab G, septima:ab A. octaua:ab C, deci-  
ma distare. Atq; hæc res ad initium in omnibus  
cantilenæ quatuor aut pluriū uocum partibus su-  
mēdum (intonationem uulgo uocant) futuro cā-  
tori maximē est necessaria. Nec tamen distantia  
clavulū solum noscendæ sunt, sed & uoce pronū-  
tianda.

**glāndæ.** Cuius quidem rei certissima norma est instrumentum, Monochordū uocatum, in quo: si chorda incontenta non sit sed concentum serua se queat: distinctos interuallis sonos, auriū sensu tanquam mēsura euidentissime possumus metiri ac dijudicare. Sed hæc in sequentibus copiosè explicabuntur, iam uero methodum tantum indicasse sufficiat.

## DE CLAVIBVS

### Cap. V.

Supra dixisti in scala omnia benē canendi  
fundamenta contineri, illa igitur  
nunc deinceps explicas

**I**n scala duo potissimum consyderantur, in quibus totum uersatur canendi negotium.

Quæ sunt illæ?

Primum sunt claves, deinde uoces.

Quid est clavis?

**E**st litera quæ in linea vel spacio contenta, per certas uoces, nos in cantus cognitionem introducit, ut sunt haec septem literæ, a, b, c, d, e, f, g.

B 3      Vnde

Vnde dicta est clavis?

**D**icta est μυτεφορικῶς ab usu clavis aenæ seu ferreæ, quæ admodum enim illa seras ianuariæ aperiétes, ad ea quæ in cōclavi abscondita sunt peruenimus, ita hac litera tanquam clave cantum, in quo uoces abstrusaæ latent, aperimus & quasi rese-ravimus. Vnde clavis à nōnullis definitur esse can-tus & uocum reseratio.

Quot sunt claves in uniuersum?

**S**i in b f a ḥ m l clave geminæ soni naturam, quæ à toni in apotome & dies in diuisione oboritur, respicis, duæ & uiginti claves, ut in posteriori sca-læ typo appareat, numerantur: si uero triplicem literarum seriem consyderas, uiginti tantū, ut in priore scalæ typo est cernere, inuenies.

Dic age quæ sit triplex illa clavium  
series aut ordo?

**P**rimus ordo est earum, quæ soni, loci & figure ratione, quam respectu reliquarum habent, triplicia sortiuntur nomina. Appellatur enim grā-ues, infimæ ac maiores. Secundus ordo earum est quæ pari quoq; ratione acutæ, medie & minores uocantur. Tertius eas claves complebitur quæ iidē peracute, supremae & geminatae nominantur.

Quot

Quot sunt primi ordinis claves?

**O**nus. A B C D E F G. quæ idem dicuntur graues, quod graues in illis sonus, qualis in basi, edatur. maiores vero seu capitales, quod maiori bus literis pinguntur. Infimæ quia infimum systematis locum obtinent. Ex his porro sunt quatuor, in quibus omnis generis regularis cantus finitur, ut sunt D E F G.

Quot sunt secundi ordinis claves?

**S**eptem. a b c d e f g. quæ propterea acutæ dicuntur quia respectu inferiorum acutum sonum edunt: mediae quod habeant quasi medium natum inter graues & peracutas. Dicuntur etiam minores quia ad differentiam reliquarum quæ infra ac supra locatæ sunt, minorib. literis pinguntur. Eiusmodi autem uoces in Tenore & Altitonate eduntur. Ex his quatuor sunt confinales uocatae ut sunt, a b c d. in quibus omnis cantus irregulariter finem habet. Cantus enim qui finitur in a. primo uel secundo scribitur modo: in b. tertio uel quarto; in c. quinto uel sexto; in d. septimo uel octavo. Reducitur autem a. ad. D. b ad E. c ad F. d ad G. ut in sequenti dispositione cernitur.



**S**ed nostri instituti hoc loco nō est exactius hāc rem tractare, quādo appellationes clavū tamē explicare uoluimus, & infra ex professo de ijs getur.

Quot sunt tertij ordinis claves?

**Q**uinque. aa.bb.cc.dd.ee. quā per acutę & excellētes uocantur quod respectu inferiorum omnium excellentem & ualde acutū sonū edant, qualis est in cantu, qui *κατ' ἕρχην* sic dicitur, quod uel sola illa uox canere uideatur, uulgo Discātum uocant. Dicuntur etiam geminatae à geminis literis, item suprēmae à supremo loco.

Quare non etiam hic septenarius literarū numerus, quemadmodum in superiori ordine, compleetur?

**P**etuisset sanc: sed quia ut res naturales omnes, ita &

Ita & uox humana finita est, ideo necesse fuit, ut claves uocisq; cursus, certū haberent initium & finem, intra qua<sup>r</sup> tanquam septa & limites clauderentur. Atq; hoc loco apparet ratio, quam obrem trium inferiorum clavium quālibet una tantum uoce constet. Quod tamen non uelim ita intellegi, ut plures recipere nequeant, sed si aliquę uoces: ut in cantionibus sex septē aut pluriū partiū fieri sape solet: supra uel infra scalam excesserint respiciendum esse ad eam clavem, que octaua proximè ab hac distans ueras & non fictas uoces superpeditat. Nam perpetuò uerum est hoc axioma Musicum, de octauis propter eandem naturam, idem esse iudicium. Ut hinc manifestū sit disposi<sup>t</sup>ionem scalæ in infinitū deduci potuisse, si uocis humana cursus infinitus fuisset. Hæc generatim de triplici clavium in scala contentarum, ordine dicta sufficiant.

# MUSIC. PRACT.

## Typus clavium differentiam re- präsentans.

		Supremæ
	Loco	Mediae
		Infimæ
		Geminatæ
Claves tripliciter differunt.	Figura	Minores
		Maiores
	Appellatione	Peracute
		Acutæ
		Graues

## DECLAVIBVS SIGNA- tis, Cap. V.I.

Restant' ne alia quæ de clavibus  
dicenda sunt:

**M**axime. Nam quædam claves à Musicis sig-  
natae dictæ sunt, quarū duetu & indicatione.  
et reliquæ quæ in cātu nō scribuntur, æstimare licet.

Quid sunt signatæ claves?

**S**unt signa quæ systematis locum & cuiuslibet  
cantus iunctum certis uocibus demonstrant.

Quottup'ices sunt:

Duplices. Principales & minus principales.

Quos

**Quot sunt principales?**

**Q**VINQ;. F.F.c,g.dd. Has Musici certa sclege, runt, atq; in cuiuslibet cantus initio ponendas esse statuerunt.

**Quae est illa causa?**

**E**A est. Nam cum ineptum esset omnes lineas et spacia clauibus occupare, magisq; id discetes inuolueret quādā promoueret, quinq; tātum claves electe sunt, quae circa canticorum initia posuerentur, à quibus reliquarum intermediarum omnium, quae non signantur sed mente tantum & cogitatione concipiuntur, sumeretur iudicium, ut ita ex una aliqua clave posita estimarentur non positz. Ex his autem usitatiores sunt F.c.g. reliquæ duæ F & dd raro admodum, & non nisi in plurimarum partium canticibus, quae scalam utrobiq; excedunt, usurpantur. Quanquā autē claves infra F nos deficiunt, tamen sciendum est illas esse pertendas ex proximis octauis, ut superius monui.

**Quot sunt minores principales?**

**Dua. h̄m̄ & b̄fa.**

**Cur sic dicuntur?**

**Q**VIA non uerē nec propriè dicuntur signatae claves, sed secundario & ex accidente, in meo scilicet

28 M V S I C. P R A C T.

dio scilicet cantu, pro signatis habentur. Initio autem non ut signatae claves sint, sed ut naturam ac genera cantionum ostendant ponuntur.

Tabula usitatores signatarum clavium  
in utroq; cantu complectens.



**H**as quinq; signatas claves arbitratii sunt Musici nō in spacijs sed in lincis potius esse sumēdas, ita ut una ab altera distet p quintā, exceptis duabus inferiorib; quae septima se iunctæ sunt,

DE V O C I B V S,  
Cap. VII.

Percepi satis, ut opinor, ea quæ de clauib. sicire opus mihi erat, tu porro quæso ad uocū ex-  
plicationem accedas.

**R**estimones: erat enim id alterum quod in scala explicandum proponebatur. Et cum harmonia

harmonia nulla absq; grauibus & acutis uocibus  
existere possit, satis opportune quid uox sit, quęq;  
eius differentia, hoc loco explicabitur.

**Quid est uox?**

**C**Vm uocis uocabulū duo habeat significata,  
quorum neutrum absq; altero in Musicis in-  
telligi potest, utrumq; explicare placuit. Vox ergo  
ut Physici definiunt: est sonus animatis quibus dā  
instrumentis formatus, ad significandum affectū  
& appetitum.

**Quae sunt illa instrumenta?**

**E**T si illorū explicatio alterius est professionis,  
quaē tum à Phisicis tum Medicis peti debeat,  
tamen cum de formatione uocis elegans esset lo-  
cus apud Ciceronē in secundo de natura Deorū  
illum huc adscribere uolui, qui in hunc modum  
se habet. Primū enim (inquit) à pulmonib; arte-  
ria usq; ad os intimū pertinet, per quā uox prin-  
cipiū à mēte ducēs percipitur & funditur. Deinde  
in ore sita lingua est finita dentibus, & ea uocē im-  
moderatè profusam fingit ac terminat, quę sonos  
uocis distinctos & pressos efficit, cum & ad dēres  
& ad alias partes pellit oris. Itaq; plētri similem  
linguam nostri solēt dicere, chordarum dentes,

nāres

M V S I C. P R A C T.

nares cornibus, his quæ ad nervos resonant in catibus. Hæc ille.

Quæ est altera uocis significatio?

**V**Oces Musici definiunt esse syllabas, quibus interuallorum soni exprimantur, signo uia delicet pro re significata per Metrum usurpatæ. Harum sex sunt. Ut re mi fa sol la.

Cur inuenitæ sunt hæc syllabæ?

**V**Trudes huius artis, omnis generis cationes ljs exprimere disceret. Cum enim phthongi aliquibus syllabis uoce efferti debeat, ideo has syllabas tanquam certam materiam Musici excoigitæ sunt, in qua illi tantisper se exercerent dum orationis contextū (sua enim cilibet modo ppriz est oratio) notulis accommodare possent.

Sufficient ne sex hæc uoces ad quemcunq; cantum modulandum;

**I**Ta sane. Nam omnes omnium cantilenarunt notæ, quibuscunq; tandem interuallis distent, his sex uocum signis, si toties quoctes opus est iterentur, efferti possunt, cuius quidem iterationis ratio tradetur postea in cap. de permutatione uocum. Excoigitæ uero sunt hæc uoces propter discentiū commoditatem. Nam cum rudibus artis canendi

## L I B E R .

comprendi primum difficile sit orationem, ad quam cantionis modus præcipue constituitur, notis applicare. ideo Musici tales uoces excogitarū, quæ sua quasi proprietate cuiuslibet cantus ambitum ac naturā apte conuenienterq; exprimerent. Has uoces quidam ex sequenti hoc Sapphico desumptas esse putant.

Vt	quicant laxis
Re	sonare fibris
Mi	ragistorum
Fa	muli tuorum
Sol	ue pollutis
La	bij reatus & cæt.

Supra dixisti esse differentiam uocum,  
quæ ergo illa sit explicā.

**V**oces naturæ suæ ratione tripliciter inter se differunt. Aliq; enim molles à molli ac suauē sono, quem edunt, dicuntur. Harū duæ sunt Ut & Fa, quæ eandem & conuenientē naturā habēt, qua una in alteram commode trasmutari potest; Id quod in reliquis quoq; obseruandum est. Deinde dure itidē duæ sunt Mi & La, quæ à duro sono sic appellantur. Tertio duo sunt quæ naturales dicuntur. Re & sol, quia inter duras & molles mediæ quandam

52 M V S I C . P R A C T .

quandam soni naturam obtinent, & cum quadam uocis moderatione pronuntianda sunt.

Est ne alia uocum diuisio:


**E**st. Nam diuiduntur in inferiores tres nempe  
Vt Re Mi, & totidem superiores fa sol la.

Cur dicuntur inferiores?

Quia carum usus est in ascensu cantus.

Cur superiores?

Quia ijs in cantu descenditur



Adolescentes igitur operā dabunt, ut in canendo illud uocum discriminē bene obseruent, in eoq; se tantisper his syllabis exerceant, donec textum orationis, eodem hoc uocū discriminē obseruato, applicare perfectē sciant. Ita enim fieri ut cantus uel mediocri harmonia conflatus, dulcisonus redatur. Neglecto uero hoc discriminē, omnes licet per se optimē sint, harmonia: cantorū incondita

uoce

# L I B E R I.

tioce & inscitia cōfusa, aures maximē offendant.  
Accedit hāc utilitas quodd illi qui à natura uoce  
ad canendū nō ualent, ad sūfactiōne ad hoc uocū  
discrimen, naturam arte corrīgentes non modo  
non asperē, sed etiam alijs suauiter concinnant.

## DE SONORVM IN- teruallis. Cap. VIII.

**T**raditio de interuallis necessario, ea qua iā  
dīcta sunt, sequi uidetur, in qua quidem ali-  
quanto longior erō partim quod canēdi artificiū  
magna ex parte in ijs rite proferendis consistat: si-  
quidem canere nihil ferē sit aliud quā culuslibet  
cantus naturam phthongorum interuallis per de-  
bitam mensuram exprimere: partim uero quodd  
absq; horum perfecta cognitione Modorū ratio  
intelligi nequeat. Est praterea eorū cognitio sym-  
phonetaꝝ futuro maximē utilis ac necessaria, qua  
Poētica Musica tota ferē in componēdis consti-  
tuendisq; interuallis absoluitur.

### Quid est interuallum?

**I**ntruallum, quod *Alcibiades græcis dicitur*, est  
ut Boëthius definit, acutū, grauisq; soni distan-  
tia. Acutum uoco sonum qui breui tempore cō-

C tentiore

tentiore motu sensus celeriter afficit: grauem qui longiori tempore tardiore motu auditum languidius atq; remissius permouet, ita ut hic tarditate motus, ille celeritate definiatur.

Quot sunt interuallorum species?

**Q**VI cantiones facere studet, is omnium interuallorum, quæ in toto systemate apparēt & eorum etiam quæ foris assumūtur cognitionē habere debet, qui sane numerus cum infinitus prop̄ sit, de ijs potissimum agemus quorum in cantu usus esse potest, tum etiā de ijs quæ propriè & per se harmoniam efficiunt, & tandem de prohibitis interuallis quædam subiiciemus.


Quot ergo sunt interualla in cantu usitatae?  
**E**T si de illorum numero alij aliter sentiant, tamen interualla canendi usu: uulgo πραξιμου cantus: usitatoria & uulgatiora hæc ferē sunt. Τονος, ημιτονος, διτονος, ημιδιτονος, διατεσσαρων, διτετρα, τόνος διαπέντε, ημιτόνος διαπέντε, διτόνος διαπέντε, & διεπασθη.

Cur unisonum in interuallis non numeras?

**Q**Via unisonus nullam habet rationē ægrotas & feras, sed in una chorda seu linea, quasi immobillis absq; uocis intentione aut remissione, aliquandiu

# L I B E R

aliquandiu moratur. Ut cū duæ, tres aut quatuor  
in una eademq; linea spacioue pronuntiantur. Licet  
autem interuallum non sit, hanc tamen habet præ  
rogatiuam p̄ceteris, ut sit aliorū omnium prin  
cipium & fundamentum, quemadmodū in Arith  
meticis unitas, quæ tam etsi numerus nō sit princ  
ipiū tamen numerorum existit. Est autē unisonus  
nihil aliud quā sonus in una chorda bis terue aut  
plureis editus.



## Unisonus.


### Quid est Tonus?

**E**s intentio uocum ad perfectam secundam;  
qualis editur à binis uocibus (exceptis mi  
& fa) immedietè se sequētibus, ascendendo à linea  
ad spacium, uel à spacio in lineam. Tonus est per  
fectus sonus, semitonium uero quia paucioribus  
comatibus constat, imperfectus. Hæc differentia ex  
inæquali toni partitione oboritur, cuius quidem  
rei explicatio non est huius loci, sed ad Theoricā  
Musicam pertinet. Ut uero semel dicam quid de

C 2 perfectione

10 M V S I C . P R A C T .


perfectione seu integritate & imperfectione interuallorum sit sentiendum, meminerint adolescentes omnia interualla quæ imperfecta sunt, id obtinere ratione semitonij minoris : cuiusmodi sunt semitertia , semidiapente & imperfecta sexta . Porro si in collatione duarum quintarum aue sextarum scire cupias, utra sit perfectior, tum quæ plures tonos & pauciora semitonia habuerit illa perfectiorem esse iudicabis, & è contrario.



Tonus, perfecta secunda.

Quid est  $\mu\acute{\iota}\tau\circ\text{v}\circ\text{s}$

$\mu\acute{\iota}\tau\circ\text{v}\circ\text{s}$ , qui latinis semitoniū sonat, fit quoties à mi ad fa, uel ex fa in mi immediate ascenditur uel descenditur: ductum est uocabulum ab  $\mu\acute{\iota}\tau\circ\text{s}$  quod interdum dimidium interdum imperfectū significat, &  $\tau\circ\text{v}\circ\text{s}$ . Ceterum cum tonus in duo aequalia harmonicè diuidi non possit, particula  $\mu\acute{\iota}\tau\circ\text{s}$  hoc loco non dimidium sed imperfectum significat.




Semitonium, imperfecta secunda.

Quid

**Quid est Ditonus?**


**E**st distantia uocum per tertiam perfectam, quæ à tribus tonis sic dicitur. Vel est intentio uocis ab una linea in alteram proximam, uel ex uno spacio in proximum alterum, nullo interueniente semitonio.



Ditonus seu perfecta tercia.

**Quid est semiditonius?**

**E**st distantia uocum per tertiam imperfectam, continens tonum unum cum semitonio & quo etiam imperfecta dicitur.



Semiditonius seu tercia imperfecta.

**Quid est diatessaron?**

**E**st uocis intentio ad quartam, duos tonos cum semitonio complectens. Vel est uocum intercedo duas lineas unumq; spaciū cum dimidio intercludens. Cum uero omnium modorum


C ; ratio

M V S I C. P R A C T.

ratio & diuersitas ex septem diapason speciebus  
pendeant, atq; haec sine Diatessaron ac diapente ex-  
quisita cognitione intelligi nequeant, opera me  
precium facturū arbitror, si paulo exactius de illis  
hoc loco tractem.

Quot sunt species diatessaron?

**T**res sunt, Prima initium habet in A re, finem  
vero in D sol re, quae syllabis enuntiatur, re  
mi fa sol. Secunda exordium est in  $\natural$  mi, finis in  
E la mi, & exprimitur his syllabis, mi fa sol la. Ter-  
tia principiū sortitur in C f a ut, finem vero in F f a  
ut, his syllabis, ut re mi fa.



Diatessaron, hoc est, per quatuor.

Quid est diapente?

**E**st uocum in teuallū quod tres lineas duoq; spacia, uel duas lineas unumq; spaciū cum duobus dimidijs comprehendens, tribus tonis atq; uno semitonio constat.

Quothabet species?

**Q**atuor. Prima initiū sumit in D la sol re, &  
terminatur in aliam re, his syllabis procedet  
re mi


re mi fa sol la. Altera initium habet in Elami, finē  
in h mi acuto, his syllabis, mi fa sol la mi. Tertia  
incipit ab F fāut & finitur in c sol fāut his syllabis  
fa sol re mi fa. Quarta initium sumit in G sol fāut  
& finitur in d la sol re, his syllabis incedens, ut re  
mi fa sol.



I      2      3      4  
Diapente, hoc est, per quinque

Quid est tonus cum diapente?

**E**st sexta perfecta quæ tribus lineis spacijsq;  
duobus cum dimidio continuè intercepta  
quatuor tonos cum semitonio complectitur.




Tonus cum diapente siue sexta perfecta.

Quid est semitonium cum diapente?

**E**st intentio uocis ad sextam perfectam tres  
tonos cū duobus semitonij in se continens.

C      ♪      Semitonium



Semitonii cū diapente, hoc est, sexta imperfecta.

Quid est ditonus cum diapente perfectas?


**E**s tuorum intercapedo per septimā, quae quatuor lineis tribusq; spacijs, seu tribus lineis duobusq; spacijs integris cum duobus dimidijs comprehensa, quinq; tonos & semitonium unū complectitur.



Septima maior.

Quid est semiditonius cum diapente perfectas?

**E**s distantia uocum per septimā quae quatuor lineis tribusq; spacijs, seu tribus lineis duabusq; spacijs integris cū duobus dimidijs intercepta, quatuor tonos & duo semitonia continet.



Septima minor.

Quid.

## LIBER I.

## Quid est Diapason?

**E**st intercapedo uocum per octauam, quæ qua  
tuor lineas triaq; spacia integra cū dimidio  
complectens, quinq; tonis atq; duobus semito-  
niis minoribus perficitur. Porro ~~etiam~~ lati-  
nis nihil aliud sonat quæ per omnia, quasi diceret  
per omnia uocū prima & essentialia discrimina,  
quorum septem sunt, atq; in octaua distantia com-  
prehenduntur. Dico autem prima discrimina,  
quod in ijs duo similia aut saltem in idem reciden-  
tia interualla reperire non licet, sed singula à sin-  
gulis primo & per se differant. Quo quidem Ver-  
